Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35473
Copyright: Neustift/Novacella, Augustiner-Chorherrenstift



4.

me in iustitia tua ppt' inimicos meos. di-
rige in conspectu tuo viam meam. Quia
non est in ore eorum veritas: cor eorum vanum
est. Sepulchrum patens est guttur eorum:
linguis suis dolose agebant: iudica illos
deus. Decidant a cogitationibus suis secun-
dum multitudinem impietatum eorum expelle eos:
quoniam irritauerunt te domine. Et letentur omnes
qui sperant in te: in eternum exultabunt
et habitabis in eis. Et gliabuntur in te
omnes qui diligunt nomen tuum: quoniam tu
benedicis iusto. Domine vt scuto bone voluntatis
tue coronasti nos. Glia p. Psalm.

Domine ne in furore tuo arguas
me: neque in ira tua corripias me
Miserere mei domine quoniam infirmus sum: sana
me domine quoniam turbata sunt ossa mea. Et
anima mea turbata est valde: et tu domine
vsque quo. Conuertere domine et eripe animam
meam: saluum me fac propter misericordiam tuam. Quoniam non
est in morte qui memor sit tui: in inferno
autem quis confitebitur tibi. Laborauit in ge-
mitu meo lauabo per singulas noctes
lectum meum: lacrimis meis stratum meum